

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welcher Gestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

**Meiern, Johann Gottfried von
Hannover ; Tübingen, 1736**

N.I. Formalia Protestationis de rupta Fœderis Burgundici fide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51459](#)

1649.
Julius.

N. I.

1649.
Julius.

Joannis Cuyrmanni Legati Burgundici Provocatio & Protestatio de rupta ab Imperio Romano Fæderis Burgundici fide. 1649.

Imperator, Electores, Principes, Ceterique Imperii Romani Ordines!

Philippi IV. Austriaci, Hispaniarum Regis, Burgundiae Inferioris & sic Imperii Romani Principis, justam indignationis causam, si in hoc celeberrimo Legatorum Orbis Christiani de Pace Congrestu, pro rei merito exprimam, vereor ne oratione mea, vestrum nimis excitem pudorem, quem ratione & patientia vestra planè soperi mallem: pro nostra ratione tamen mei debiti, rem quam modestissimè & brevissimè potero, expediam:

Neminem autem esse reor, Constitutionum rerumque Imperii vel mediocreiter gnarum, qui nesciat, Circulum Burgundicum à Maximiliano Austriaco, duc̄ta in uxorem Maria Burgundica, institutum, in hunc usque diem, validum Imperii Romani fuisse membrum, donec Pace vestra cum Gallis, tanquam putridum, aut cæno, nescio quo, confectum, tantum non præciditur; quippe quod tam diu removetur, dum inter Hispaniæ, Galliæque Coronas pax icatur, hoc est, quamdiu Purpurato Gallorum Numini, ita videbitur.

Quæro, qua lege, quibus moribus, qua verecundia Regem amicum, belli Socium, ære & milite optimè de vobis meritum, aliasque necessitudine conjunctum, externi hosti nutui subjicere, quantum in vobis fuit, non dubitastis? Sed ecce! non desunt, qui probrum vestrum, necessitate, pallioli loco, obvolvere conentur. Quæ vero tam angusta Vos pressit necessitas, ut tam angustam distrahere cogeremini necessitudinem? Sed vestrum, meherculè! tunc agnoscetis errorem, ubi videbitis graviorem vobis impendere necessitudinem, memores aliquando apologi, de pace inter lupos & oves, illorum rapacitati expositas, dimissis canibus; Et ut pluribus turpitudinis nota eadem concurrerent, nihilque à vobis intatuum Stemmati Burgundico relinqueretur; pacis vestræ legibus, omnem omnino Germanici subsidii spem Hispano nomini præclusum iri constituitis; in hæc scederis (vulgo Transactionis Burgundicæ, Augusta Vindelicorum 16. Jan. 1548. iæta) verba impingentes, à favoř les Duebés de Lotring, Brabant. &c. Quod sic verto: videlicet Ducatus Lotharingie, Brabantie, Limburgii, Luxemburgi, Geldriæque, Comtatus Flandria, Artesie, Burgundie, Hannevie, Hollandie, Zeelandie, Namurie, Zutphanie, Marchionatus S. Imperii, Frisia, Ultrajecti, Transylvanie, Groningie, Falkenburgi, Dalmemii, Trajecti ad Mosam, sicut reliqui omnes Vasalli & subditi mediate aut immediate Nobis subiecti impoſterum perpetua Romanorum Imperatorum ac Regum, Sacrique Imperii Protectione, defensione & patrocinis tenebuntur, eorumque Immunitatibus, Juribus ac Privilegiis gaudebunt atque utentur, & ab iisdem Imperatoribus, Regibus, Sacri Imperii Ordinibus, omni tempore protegentur, defendantur & fideliter affilientur ac juvabuntur, sicut ceteri S. R. Imperii Principes aliisque ejus Status & membra.

Quibus suffragatur Augustanorum Comitiorum RECESSUS, ult. JUN. 1548. Nachdem dann von unsfern Burgundischen und Niedern Erb-Landen ic. sequentia re unum sonant cum Germanicis: Postquam enim à nostris Burgundie Belgique Ditionibus hereditariis, nec non à Geldriæ, Zutphanie & Ultrajecti terris exocē fuerint contributiones; Convenit inter Nos & Electores, Principes, Sacrique Imperii Status, absentium verò Legatos & Consiliarios, atque illi vicissim

I⁵⁴⁹. vicissim nobiscum grata & obsequenti compositione ac pactione transegerunt, Ratione omnium earundem nostrarum Inferioris Geldiae, Burgundie, Zutphanie & Traiecti ad Rhenum, atque adeo omnes eadem Burgundice & Belgicae terrae hereditarie sub protectione, defensione, auxilio & tutela Sacri R. Imperii sicut alii ejus Status comprehenduntur. Et pariter Ducatus Geldrie Zutphanie nec non Territorium Ultrajectense post huc Circulo Burgundico continentur; Et consequenter eadem ditiones, tributis ejusdem Circuli pro Imperio, censentur, simili ratione omnes Imperii Ordines eorumque subditi in nostris Burgundie, Belgique Regionibus parum civibus patrocinio, tuitione, subsilio & capitulatione gaudent, salvis earundem Burgundie, Belgique Ditionum, Immunitatibus, Jurisdictionibus, Statibus & Legibus, idque convenienter pactioni iis de rebus conscripte & signatae.

Qua quæsto Justitiâ, quâ constantiâ, quo denique honestatis officio, mutuum mutui auxilii vinculum, totum jam seculum utrinque inconclusum, empta turpiter pace, soli dissolvere potuistis? Quicquid Vos Imperator, Electores, Principes, ceterique Imperii Romani Ordines causabimini; Ego, Regis Hispaniarum, Domini mei nomine, ad commune universi Orbis judicium & ad posteros vestros, in modo ad Vosmet ipsos, forte aliquando, externarum vulpium artes, aquilæ pennarum & sanguinis mercede edocetos, conjunctioris & sic sanioris consilii futuros, de rupta scederis Burgundici fide, publicè provoco & protestor. Proinde nulli mirum videri debet, in moderno Noribergensi Conventu inter ceteros offensionis lapides, emine-re Frankenthal. Monasterii in Westphalia 1649.

§. XL.

Die Stände
des Stifts
Lüttich wer-
den ermahnet,
ihre Quotam
zu den Schwei-
dischen Satis-
factions-Gel-
dern zu ver-
schaffen.

Bei der am 19. Jul. gehaltenen Session, wurde in Pleno, daß, von dem Directorio, an die Stände des Stifts Lüttich, abgefasste Schreiben, verlesen und approbiert, wie es hernach, sub N. I. per Dictaturam communicirt wurde. Dann obwohl vorhero schon ein dergleichen Schreiben in Deutscher Sprach, Imhalts N. II. gefertigt war, ihr Contingent zu denen Schwedischen Satisfactions-Geldern, an-

zuschaffen; So hielt man dennoch vor ind: An gleich
thig, in der Lateinischen Sprach, an ge-
mäß in late-
nische Sprach
dachte Stände zu schreiben, weil sie auf
die öffentlichen
Deutschen Schreiben zu antworten nicht her-
gebracht, auch sowohl am Kaiserlichen
Hoff, als an dem Kaiserlichen und Reichs-
Cammer-Gericht, weniger nicht lezithin zu
Münster und Osnabrück, dergleichen er-
halten hätten.

N. I.

Diclat, Noriberga d. 21. Jul. 1649.
per Mogunt.

Schreiben an die Stände des Stifts Lüttich, den Betrag zu den Schwei-
dischen Satisfactions-Geldern betreffend.

N. I.

Der Reichs-
Stände Ge-
sanden
Schreiben an
die Stände
des Stifts
Lüttich, ihre
Quotam zu
den Schwei-
dischen Satis-
factions-Gel-
der betreffend.

Admodum Reverendi, Illustres, Generosi, Nobiles & Clarissimi
Domini.

Innotuit nobis, Dominationes Dominationes Vestras Vestras in Oppido Hugensi de incolumitate Patriæ ejusdemque necessitatibus absque dubio deliberaturas conveniente, bene iraque meminerint oportet, quam sedulo & serio totius Sacri Romani Imperii in partibus Westphaliæ Congregati Statuum Legati, post absolutum multo tempore & labore ibidem agitatum Pa-
cifica-